

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Auaricia ad (2)  
cum fonte primo

Prius namque mens auari dolorem habuit  
in ipsa sue concupiscencie fatigatione  
qualiter concupita raperet,  
quomodo aliqua blandimentis  
aliqua terroribus auferret,  
ac postquam acquisitis rebus peruenit  
ad desiderium, alius hunc dolor fatigat,  
ut cum sollicito timore custodiat,  
quod cum graui labore meminit acquisitum.  
Hinc inde insidiatores metuit atque hoc se perpeti  
quod ipse fecit ab aliis ferri pertimescit.

Gregorius XV. libro moralium.

Prius namque dolorem habuit  
in ipsa suae concupiscentiae fatigatione,  
qualiter concupita raperet,  
quomodo alia blandimentis,  
alia terroribus auferret;  
at postquam acquisitis rebus peruenit  
ad desiderium, alius hunc dolor fatigat,  
ut cum sollicito timore custodiat  
quod cum graui labore meminit acquisitum.  
Hinc inde insidiatores metuit atque hoc se perpeti  
quod ipse fecit aliis pertimescit.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 15.23 (CCSL  
143A, M. Adriaen ed., p.765, ll.1-8).